



## DISCURSUS MEDICO-PHI- LOSOPHICUS.

**I**uinus & incomparabilis humanae  
sapientiae ac veritatis Magister  
Aristoteles, Socratem in Theateto  
Platonis imitatus, lib. i. majore  
Metaphys. c. 2. scribit: τὸς ἀνθρώπως  
ἀλλὰ τὸ θωμάζειν καὶ νῦν, καὶ τὸ πεῖτον ἀρέξασθαι φιλοσοφῶν:  
**H**omines propter ADMIRATIONEM & nunc,  
& primò philosophari cœpisse: Illustres ac Gene-  
rosi Domini Comites atq; Barones, Domini cle-  
mentes: Magnifici, Spectabiles, Reuerendi, Con-  
sultissimi, Experientissimi, Clarissimi viri: Pra-  
ceptores, Fautores, & Collegæ omni honore ac  
observantiâ colendi: Vosq; ceteri, qui adestis,  
Auditores, nobilitate generis, pietate, virtute,  
eruditione, multarumq; rerum usu & experi-  
entia præstantissimi.

Cùm enim primum τὰ περιεγεῖ τῶν διόρων.  
h.e. res minus difficiles; nobis scilicet obuias, vi-  
cinas, nostræq; naturæ familiares, quales ex eius-  
dem Aristotelis sententia lib. i. de partib. animal. c. 5.  
sunt illæ, qua generantur atque intereunt, & in  
hat: